



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 4. An qui ex justa causa dispensatus est in abstinentia carnis, hoc ipso  
liberatur abstinentiâ ab alterâ refectioe?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**



*Resp. II.* Non licet Cænulam sumere mane ante meridiem: quia Ecclesia præcipit, & Canones præscribunt, ut nil sumatur in cibum antè horam consuetam, quæ circiter meridiem est. Imò non licet cænulam sumere etiam meridie, dilatâ ad Vesperam Cœnâ, nisi iusta causa sublit, ut ratione negotiorum per diem gerendorum, hospitum, itineris, vel si quis aliter non posset noctu dormire. *Ita Navar. Azor. Less. Layman, dicens banc esse communem sententiam.* quia consuetudo cænulam permittens habet, ut nocte tantum sumatur, nisi adsit iusta causa excusans: quæ tamen si absit iuxta multos erit solum veniale; quia non violatur jejunium quoad substantiam, sed solum variatur ejus circumstantia non substantialis.

*Q. 4.* An qui ex iusta causa dispensatus est in abstinentia carnis, hoc ipso liberatur abstinentiâ ab alterâ refectiõne?

*Resp. Neg.* Quia 1. istæ duæ abstinentiæ, quas lex jejunii præscribit, sunt à se invicem separabiles, & seorsim conducunt ad finem præcepti, videlicet macerationem carnis; & causa dispensationis sufficiens pro una, non semper sufficit pro duabus. Cùm autè lex plures obligationes dividuas continet; qui unam exequinequit, tenetur ad aliam, si possit. 2. Papa Romæ, & Episcopi in variis Dioccesibus, cùm dispensârunt in abstinentia carnis ob causam pro ea sola sufficientem, declarârunt se non dispen-



dispensare in abstinentia à pluribus refectio-  
nibus, sed ejus obligationem relinquere. Et  
dicitur extare authentica de hoc Innocentii  
XII. declaratio.

*Q. 5. An toties quis peccat mortaliter, quoties diè  
jejunii sumit refectio, iteratam?*

*Resp.* Non pauci affirmant. Quia 1. juxta  
omnes toties quis peccat, quoties carnes co-  
medit; quia præceptum abstinendi à carnibus  
est negativum, vetans ne ullo diei tempore  
comedantur: at præceptum abstinendi à plu-  
ribus refectioibus est etiam negativum;  
nam non præcipit unam refectioem, sed  
præcisè plures refectioes prohibet. Ergo  
sicut peccatur per quasvis comestiones car-  
nium, ita & per quotlibet, & singulas refectio-  
nes ultra unam: præcepta enim negativa  
violantur non solum per 1um & 2um Actum,  
sed etiam per quoscumque alios sequentes. 2.  
Quando vetatur aliquid sæpius, quàm semel  
uno eodemque tempore fieri, non solum pro-  
hibetur fieri bis, sed etiam ter, quater, &c.  
Sic cum Lex vetat, ne fidelis sæpius quàm se-  
mel eodem die communicet, aut sæpius in vita  
Baptizetur, non solum 2. sed etiam 3. & 4.  
actu violatur præceptum. Deinde mortifi-  
catio carnis, quæ est finis legis, adhuc aliqua  
obtinèri potest per omissionem aliarum refe-  
ctioem: nam si quis mane, & in prandio se  
refecerit, adhuc notabilis est mortificatio se  
absti-